BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 334
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

quia ipse esset redemturus israhel ..
Merito triste incedebant quia & seipsos quodammodo arguebant quia in illo redemtionem speruerunt quem iam mortuum uidebant nec resurrecturum credebant; & maxime dolebant eum sine culpa occisum quia nouerunt innocentem ..
Cum hinc super haec omnia tertia dies hodie quod haec facta sunt; sed & mulieres quaedam ex nostris terruerunt nos quae ante lucem fuerunt ad monumentum & non inuento corpore eius uenisse dicentes se etiam uisionem angelorum uidisse. qui dicunt eum uiuere ..
Terruisse merito dicuntur eos quos mentab: plus de non inuento corpore dominico mestitia quam dolebant addere. quam denuntiata angelos eius resurrectionem gaudium quorum credebantur indicare potui.
Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum. & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt. Ipsum uero non inuenerunt ..
A Cum ipse lucas supradixerit cucurrisse ad monumentum & nunc eos ait dixisse ipse sepulcrum. quid quidam eorum tenent ad monumentum intellegitur attestari quod duo ierint ad monumentum. sed per eum solum primo commemorantur. Quia illi primitus maria nuntiauerunt ..
V Et ipse dixit ad eos: o stulti & tardi corde ad credendum in omnibus: quae locutus prophetae; nunquid haec oportuit pati xpm. & ita intrare in gloriam suam & incipiens a moyse & omnibus: scripturis quae de ipso erant ..
Hoc nobis in loco non nulla scripturae intuendi sed gemina nos ipsos humiliandi necessitas incumbit. Quin neque in scripturis quantum oportet eloqui neque adimplendo quae discere possumus. quantum decet simus intenti. Nam simon ses & omnis prophetae locuti sunt. & hunc per angustiam passionis in gloriam suam intrare. quam ratione se gloriantur. ee. xpianos. Qui iuxta uirium suarum modulum neq: scripturae qualiter ad xpm pertineant inuestigare. neque ad gloriam quam cum xpo habere cupiunt per passione et tribulationum desiderant attingere ..
Et cum appropinquauerunt castello quo ibant. & ipse se finxit longius ire; & coegerunt illum dicentes: mane nobiscum quoniam aduespere est. & inclinata est iam dies; & intrauit cum illis ..
G Nihil simplex uerita sed duplicitate fecit sed quod dictum finxit se longius ire. tale se exhibuit discipulis in corpore qualis apud illos in mente erat. Probandi autem erant sibi quieum & sine dubitatione diligerent. saltem ut peregrinum amare potuissent. Sed quia ee extraneis a caritate non poterant hic cum quibus: uerita gradiebatur eum ad hospicium quasi peregrinum uocant. Cur autem dicimus uocant. Cum illic scriptum sit. & coegerunt illum ex quo nimirum exemplo colligitur. Quia peregrinum solum ad hospicium inuitandi sunt sed etiam tenendi ..
Factum. e. dum recumbit cum illis: accepit panem & benedixit ac fregit & porrigebat illis; & aperti sunt oculi eorum: & cognouerunt eum ..